

**2058** Chori [=Cor] secundo a Belluno lapide in lapide rescripto et lancearum ictibus diffracto VAL.

T · TVRRANIVS · SEVERINVS  
CONIVGI · SVAE · CARISS  
BLICIAE · COSTANTINAE · VIVVS · F

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76. Inde posteriores: Robortellus emend. 1557 f. 39 a Maresio; I. N. Doglioni p. 10; Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 13; Grut. 836, 6 ex Robortello et Borghino, quem patet male exscripsisse schedas Valeriani; Piloni f. 15; Miari p. 11; Monaco tab. 8 n. 1.

In vv. div. secutus sum Valerianum, nec fere aliter Robortellus. — 3 BLICIAE Val., POBLICIAE Rob. — COSTANTINAE 'sic' Val., CONSTANTINAE Rob.

**2059** in villa Lastreghe ubi itur ad Carnos DOGL. PIL.; ibi super aedes Lud. Scolari TICCOZZI. Hodie Belluni in aedibus Miari.

protome      protome  
mulieris      viri  
T · VOLVSI · C · F  
VOLVSI · DES /

Contuli. I. N. Doglioni p. 11; Piloni f. 14; Ticcozzi stor. dei lett. del dip. della Piave p. VII; Miari p. 10.

Pilonius sic interpolavit: T · VOLLVSI · SATVRNI · NO · C · F · VOLVSI · . . . . .

**2060** in villa Cavezzani agri Bellunensis in ecclesia S. Quirici PILONI similiterque I. N. DOGLIONI; in ecclesia S. Francisci de Paula HIER. CAMPANA. Nunc Belluni in aedibus Pagani MIARI EGO. — Belluni RED.

TI · VPSIDI · TI · F  
GEMINI  
SIBI · ET · SVIS

Contuli. Habent Redianus f. 55 (inde Gud. 336, 6); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 15; Monaco tab. 5 f. 3; Miari p. 13, citans schedas Hieronymi Campanae.

**2061** in arcae operculo. Belluni pro lavacro in regione Ussolo.

D      M

Vidi. Ed. Miari p. 10.

**2062** Cadolae rep. cum vetusta ecclesia deicitur; extat in ecclesia nova.

VIVVS  
CELLA  
ATE

Pellegrinus descripsit.

**2063** Alpagi in ecclesia parochiali in porta sacristiae.

ERA F ROMA  
I A JAA

Pellegrini descripsit.

**2064** Casan prope Capodiponte in sepulcro rep. 1863; periit.

C M R A  
EVRETEOR  
DAMA

Pellegrini descripsit.

**2065** in vico ad viam Iuliam tertio a Belluno lapide ad pontem [=Capo di Ponte] in hospitio quodam ad libram publici vectigalis VAL. similiterque I. N. DOGLIONI. A. 1772 Bellunum allatam esse a Luc. Doglioni, fuisse deinde in aedibus Pagani, hodie desiderari scribit MIARI.

FILI · POSVERVNT · MEMO  
RIAM · PATRI · SVO · SATV  
RNIANO · POTIO · OBI  
TO · CVM · COMPARE · SVA  
5 VALENTINIANA · VOLVSI

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 76 (inde Pinelli cod. Ambros. D 199 f. 13 et per Lollinum Grut. 741, 1); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 14; Monaco tab. 7 f. 1 (inde Miari ms. et ed. p. 11).

Vv. sic dividunt Val. et Mon. — 1 FILII Pil. — MEMORIA Dogl. — 2 PATRI 'sic' Val. — SVO om. Dogl. — SATVRNIANO Val. ms. et Mon., SATVRNIANO Val. ed., SATVRNINO Pil. — 4 COMPARE · SVA om. Pil. — 5 VALENTINIANA reliqui et Pinellius, VALENTIANA Valer. (ms. et ed.).

## XXV. FELTRIA (Feltre). Tribu Menenia.

Feltrinos syllogae saeculi XV et saec. XVI incip. non exhibent nisi duos titulos n. 2067. 2071. Inundatio deinde torrentis Cormettae cum a. 1564 die Iun. 27 in lucem protulisset quattuor titulos alios, hi passim reperiuntur cum apud scriptores municipales, qui de casu eo rettulerunt, ut sunt Bernardus GUGLINO, cuius de ea re narratio scripta 7 Iul. a. 1564 legitur in cod. Vaticano (olim Barberiniano) n. 9141 f. 157. 158; et similis auctor item aequalis in cod. Vat. 9027; et Anonymus qui c. a. 1566 ad statuta Feltrina (cod. tabularii Veneti ai Frari misc. n. 183) de rebus patriis et alia quaedam adiecit et trium inscriptionum a. 1564 eruderatarum exempla excepta ab Ioh. Christoph. dal Cornò notario; et Bonifatius PASOLE *breve compendio delle cose più mirabili . . . di Feltre* (cod. Cicognae n. 3264); et Anonymus in cod. Veneto Marc. Lat. XIV, 175, quo continentur inter alia ad hunc tractum spectantia etiam Feltrina complura collecta c. a. 1600; tum apud viros doctos eius aetatis plerosque, ut sunt Panvinius Ligorius Manutius Borghinius Ursinus Velserus, quos reperies infra allegatos suis locis. Praeterea apud eosdem addi solent tituli duo iam antea noti aliaque quaedam exigui momenti. Fraudes Feltriae plus quam credas grassatae ab hac inde aetate coeperunt; nam ut mittam n. 92\* antiquum lusum de dictatore Caesare Feltriae morato et de frigore conquesto, quem primum offendi apud Petrum Bembum, et n. 93\* capitellum cum recens inscripto nomine GLOTHO (sic) iam in libro illo statutorum obvium, ipsis illis titulis ab aquis in lucem prolatis nescio qui magister Feltrinus addidit unum n. 100\* exceptum ut ait ex lapide evanido et mox pessumdato eiusdem Caesaris nomen habentem, et Ligorius praeterea tali fraudis occasione cupide arrepta sex titulos n. 94\*—99\* de suo excogitavit. Mox Georgius PILONIUS in historia Bellunensi edita a. 1607 etsi titulos non confinxit, tamen Feltrinos quos edidit foede interpolavit (v. e. c. n. 2067. 2069). Post hunc Daniel TOMI-

TANUS Aurelii filius nobilis Feltrinus (1588—1658) is cuius supra p. 54 meminimus in Tergestinis, et lapides scriptos quos potuit Vellai in villa exposuit et syllogen paravit titulorum Feltrinorum a me frustra quaesitam, sed usurpatam a Cambruzzio et a Lud. Doglioni (*Raccolta Ferrarese* vol. 23 p. 113 seq.), qui eam vidit in domo Cima, et a Cortenovio et Tauro. At studium laudabile ipsum sibi offuit; nam a nescio quo falsario titulis in lapide fictis, lucri causa opinor, Tomitanum male deceptum esse inscriptiones n. 101\*. 102\*. 103\* servatae hodie in villa Tauriana *alle Centenere* ultro declarant confictae omnes pessime nec ut peritum fallant. Paulo post Antonius CAMBRUZZI Feltrinus sacerdos et magister in chronicis ineditis (quorum excussi Feltriae apud heredes auctores exemplar autographum et paene integrum finiens ad a. 1647 deficientibus foliis extremis) titulos Feltrinos rettulit cum fide descriptos, in his falsos quoque cum aliis tum servatos apud Tomitanum. Deinde omisso pessimo libro Hieronymi BERTONDELLI (*historia della città di Feltre* Venetiis 1673. 4. pp. 279), qui quidquid titulorum habet sumpsit ex Pilonio, non meliorem Antonii DAL CORNO (*memorie storiche di Feltre* Venetiis 1710. pp. 163) adhibuimus ita, ut quidquid rettulit ad patriam non confirmatum aliunde (nec inter sponsores numeramus chronica Feltrina scripta quae citat Bellati et Goslini), ablegaretur inter suspecta; nam nullam fidem ei habendam esse declarat cum titulus n. 104\* aperte confictus tum maxime Tergestini n. 555. 615. 695 ex Irenaei libro arrepti et mala fraude relati inter Feltrinos, ut etiam ad eos, quorum alium auctorem adhuc indagare non potuimus, suspicio inde redundet. Nuper denique comes Franciscus TAURO Feltrinus vestigia legens Tomitani et titulos ab eo collectos posterorum incuria paene pessumdatos in villam suam suburbanam *alle Centenere* reparavit et alios aliunde adquisitos iis adiunxit